Bulla duaruz decimarū in terris eccleſie mediate uel imediate ſubiectis ſuper officiis eccleſiis & beneficiis impoſitaruz ꝓ expeditiōe contra Turcas.

Adrianus Epūs ſeruus ſeruorum dei ad futuram rei memoriam. Etſi ad ampliā
da eccleſiarū omniū cōmoda & cunctorum fideliū ꝓſertim
clicalis ordinis incremēta felicia nr̄a ſemp aſpiret intentio/
nulliſq; eos incōmodis afficere uellemus/urgente tn̄ redem
ptoris dn̄i nr̄i Ieſu xp̄i & ſanctoꝝ omniū cōtumelia/pericu
lo & irreparabili ruina / quā toti Chriſtiane Reipublice & ꝓ
ſertim populis Ciuitatum terrarū & locoꝝ nobis & ſancte
Romañ. eccl'ie ſubditoꝝ imminere conſpicimus/cōtra pro
poſituz noſtrū cōpellimur pro ſacris dei templis & ſacerdo
tio ab opprobrioruz diſcrimine liberandis / populorūq; no
ſtrorū ſalue tutanda / a Subditis nr̄is oportuna ſubſidia exq
rere/ſperantes indubie quod pro defenſione uere fidei quā
proffeſſi ſunt/ac ſuis & Reipublice Chriſtiane periculis eui
tandis/de facultatibus eis a deo creditis ſubuenire curabunt
& ad hec meritoria opera reddēt ſe multipliciter pronos &
liberales. Sane cum pfidiſſimi Turci Chriſtiane Religiōis
inimici aduerſus ipam religionē eamq; profitētes / Sathane
uexillum improba temeritate erexerint/ & tot cruentiſſimis
ſtragibus iacturis & damnis per eos Chriſtianis populis re
troactis tēporibus illatis/ac Regnis / Prouintiis dominiis
Ciuitatibus & locis Xp̄ianorum captis & obſeſſis non con
tēti / nec ſparſi ſanguinis fideliū multitudine ſaciati ſed ſicut
cunctorū fideliū oculi intueri poſſunt fundendi ſanguinis il
lorū ardore cōtinuo eſtuātes/& omni conatu reliquas xp̄ia
nas Regiones ſue tirannidi & ſpurciſſime ſecte / ſubiicere
querentes/Superiori anno diſcordiarū & diſſenſionū inter

Cauſa impoſitionis decimarum.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Catholicos Reges/Principes/& potentatus/ inter ſe diſſidē
tes/exortarū occaſionē nacti/ magno & potētiſſimo parato
Ocupatio Belgradi
exercitu/uaria Vngarie Regni Ciuitates et loca/diuerſis ca
lamitatū generibus affecerint/ et tandē Opidu3 Belgradi di
cti Regni munitiſſimū ui & armis ceperint/ inibiq; inaudi
tas Crudelitates ꝑpetrarint/ Ac ſuū iniquum propoſitū con
tinue feruētius ꝓſequentes/ & in ſua potentia & ferocitate cō
fidētes/ ualidiſſima Claſſe maritima inſtructa/ feliciſſimam
olim/ & totius Xp̄ianitatis ſpecimen et decus/ nunc uero in
feliciſſimā et Chriſtianoꝝ impietatis teſtimonium Inſulam
Ocupatio Rodi
Rhodi nouiter occuparint/ ea potiſſimū intentiōe/ ut ex nō
paruipendendis coniecturis colligitur/ ut Regnū Sicilie &
loca omnia maritima/ ac Port9 Xp̄ianoꝝ liberius occupēt/
et d̄inde eis facilius/ ad ſancte Romane eccleſie Terras &
ꝑſertim ad hanc Almam Vrbem nr̄am in qua beatiſſimus
Apl'orum Princeps Petrus ſedā ſuam elegit/ & qua (quod
deus auertat pro ſua miſericordia) expugnata ſe totius Or
bis Imperium facile occupare poſſe non dubitant/ pateat ac
ceſſus/ facileq; cognoſci poſſit/ niſi celeriter occurratur (pro
ut res poſtulat) formidandū eſſe/ ne ip̄i perfidiſſimi Turci
uictorie ſuperbia elati maiora & irreparabilia damna/ Xp̄ia
nitati inferāt/ in maximā diuine maieſtatis offenſam ac no
ſtra3 & Catholicorū Regum & Principū aliorūq; Xp̄ifideli
um ignominiā dedecus et iacturam. Nos eiuſdem dn̄i nr̄i
Ieſu xp̄i qui pro redēptione humani generis ut nos ſui Re
gni efficeret poſſeſſores imolari nō abnuit/ uices licet imme
riti gerētes in terris/ premiſſa/ & que iure pertimeſcimus gra
uiora nō abſq; cordis amaritudine mente reuoluentes/ om
nia nobis poſſibilia remedia ad reſiſtendū eiſde3 Turcis/ &
obuiandum imminētibus periculis quibus ſubiicimur/ om
Papa ꝓcurat Concordiā pricipū xp̄ianoꝝ
nibus medus parare ſtudemus/ & eoſdem Catholicos Re
ges Principes & Potentatus ut pro reuerētia ip̄ius dn̄i nr̄i Ie
ſu xp̄i ſemotis quibuſuis diſcordiis & emulationibus Pace3
inter ſe cōponant: et ad fidei defenſionē ac ad ſubuerſionē et
exterminationē prefatorum Turcoꝝ inſurgant/ exhortari &
requirere non ceſſamus/ parati pro eiuſde3 fidei defenſione
non ſolum nr̄as et ip̄ius Romañ. eccl'ie facultates exponere
et quecūq; incōmoda ſubire/ Verū etiam ſi opus fuerit/ illius

exemplo cuius Vicarii ſumus/ proprium ſanguinem effun
dere. Quod quidem ab ipſius Pontificatus noſtri inicio
menti noſtre reſedit/ cum ex Hiſpania in qua dum ſors ele
ctionis in perſonam noſtram domino concedente aduenit
reſidebamus/ mari claſſe traiecto/ ad Italiam perueniſſe
mus/ naualem Claſſem munitam in ſubſidium Inſule et
fidei predictarum mittere diſpoſueramus/ illamq; miſiſſe
mus niſi facultates Romañ. eccleſie huiuſmodi omnino ex
hauſtas et conſumptas reperiſſemus. Nolentes autem pro
pterea/ omittere quin quantum in nobis ſit publice utilita
ti conſulatur/ huiuſmodi defenſionis opus/ cum ip̄ſius ad
Intentio Pape
iutorio cuius cauſa agitur ſuſcipere & prefatorum Regum
Principum et potentatuum/ nec non populorum fideliū fre
ti preſidiis proſequi & ad effectum perducere/ noſtraſq; ui
res omnes in hoc ponere intendimus et decreuimus. Verū
quia ad tante rei molem perferendam noſtre et eiuſdem
Romañ. eccleſie facultates predicte Parum prouiderent/
uolentes huic ſanctiſſimo operi/ ne ip̄i immaniſſimi Tur
ci paſſim alia Regna prouintias dominia Ciuitates et loca
Chriſtanorum eorūdem diripiant/ et ſub ſuam Tirannidē
ducant/ et continuis bellorum turbinibus affligant etiam a
lios ſuffragiis adeſſe Matura ſuper hoc cum Venerabilibus
fratribus noſtris ſancte Romañ. eccl'ie Cardinalibus q pro
eorum pia in Chriſtianam Religionem deuotione ad Cō
tributionem infraſcriptam faciendam ſe ſpōte et liberaliter
obtulerunt deliberatione prehabita de eorūdem Cardinaliū
Conſilio pariter et aſſenſu/ Duas ueras et integras decimas
Cōſenſus Car. ſup duabus integris decimis et p eos ſoluē. Super officiis
omnium et ſingulorum fructuū reddituū et prouētuū ſecun
dum uerū ualorem Omniū eccl'iarū Monaſteriorū et bene
ficiorum eccleſiaſticoꝝ per ipſos Cardinales in hoc conſen
tientes, quomodolibet obtentoꝝ ubicunq; tam citra quā ul
tra Montes conſiſtentium/ ac penſionum annuarū ſuper qui
buſuis fructibus redditibus et prouentibus eccleſiaſticis eis
aſſignataꝝ per preſentes hic in Romañ. Curia/ per abſentes
uero etiam Vltramontes exiſtētes in locis p infraſcriptū Ni
colaum Collectorem deſignandis nec non Omnium Offi
ciorum eccleſie Romañ. ac Vrbis predictarum/ ac Prouin
tiarū Ciuitatū/ et Rauenateñ. Auinioneñ. Ferrarieñ. Bono

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Super eccleſiis & beneficiis.

nieñ. Placentiñ. Parmeñ. Regieñ: et Mutineñ. ac Comitatus
Venaiſſini / et locorum quorumcunq; nobis et Romañ. ec
cleſie mediate uel immediate ſubiectorum etiam Legatorũ
Vicecancellarii. Maioris Penitentiarii / et Camerarii / ac Cã
cellarie: Penitentiarie: et Camere apl̃ice: et Audientie Rote
et aliorũ cuiuſcunq; qualitatis exiſtentium: nec non omniũ
Cathedralium etiã Metropolitañ. et aliarum eccleſiarũ Mo
naſteriorum: Prioratuum Prepoſitatuũ dignitatum pſona
tuũ adminiſtrationum officiorum Canonicatuum et prebẽ
darum aliorumq; beneficiorũ eccleſiaſticorum cum cura et
ſine cura: ſecularium: ac etiam ſancti Benedicti: ſancti Au
guſtini / Ciſtercieñ. Cluniaceñ. Cartuſieñ. Camalduleñ. hu

etiaȝ ſuper redditibus mendicantium & militiarum.

miliatorum Premonſtrateñ. Vallis umbroſe Cruciferorum
Monachorum et Heremitarum ſancti Hieronimi et aliorũ
quorũunq; ordinum: ac Cõgregationũ tam Virorum quã
Mulierum etiam Mendicantium ex priuilegio uel alias cer
tos redditus habentium. Necnon Regularum Militiarũ in
prouintiis necnon Vrbe: ac aliis Ciuitatibus et dioc. etiam
Rauenateñ: Auuinioneñ. Ferrarieñ. Bononieñ. Placentiñ.
Parmeñ. Regieñ et Mutineñ. Necnon Comitatus. Venaiſſi
ni: Terris: Caſtris et locis nobis et prefate Romañ. eccleſie
mediate uel immediate (ut prefertur) ſubiectis / conſiſten
tium: Videlicet a Legatis Vicecancellario Maiori Peniten
tiario: et Camerario: ac Gubernatoribus Rectoribus Capi
taneis potestatibus et aliis quibuſcunq; Officialibus nr̃is et
eccleſie ac Curie / Cancellarie Penitentiarie / Camere: Audiẽ
tie Rote Prouintiarum Vrbis Ciuitatum Comitatus Ter
rarum caſtrorum: et locorum predictorum / Reddituuȝ ue
ro et prouentuum eccleſiaſticorum ab omnibus et ſingulis
Archiep̃is Ep̃is Electis. Abbatibus: Abbatiſſis: Prioribus:
Prioriſſis: Adminiſtratoribus: Cõmendatariis: Capitulis:
Cõuentibus ceteriſq; pſonis eccl'iaſticis ſecularibus et regu

Priuilegia & indulta non ſuffragantur.
deputatio et facultas collectoris.

laribus Ordinum Congregationum Militiarum quorum
libet / exemptis et nõ exemptis hmõi fructus redditus et pro
uentus eccleſiaſticos in prouintiis Vrbe Ciuitatibus dioc.
Comitatu / Terris Caſtris et locis ſupradictis percipienti
bus et percepturis: cuiuſcũq; Preeminẽtie dignitatis ſtatus
gradus ordinis uel conditionis exiſtant / quibus aut eoꝝ ali

cui nulla priuilegia et indulta ſub q̃cunq; uerborum forma
ſeu expreſſione que quo ad hoc nolumus ſuffragari. Duo
bus proxime futuris Annis Videlicet unã tantum Decimã
quolibet ex ip̃is duobus Annis: in terminnis per Venerabi
lẽ Fratrem nr̃um Nicolaum Ep̃m Sabineñ. Cardinalem
de Fliſco nũcupatũ / cui curam colligendi et conſeruãdi Pe
cunias ex hmõi Decimis prouenientes / ac facultatem tam
in Vrbe quã in aliis Ciuitatibus terris et locis p̃dictis quot
quot uoluerit ad hoc deputãdi per preſentes concedimus / p
ſoluẽdas exigendas et leuãdas ac in premiſſum fidei tam cõ
mune / tam ſanctũ / tamq; neceſſariũ opus / uidelicet cõtra ip
ſos perfidiſſimos Turcos / et nõ in alios uſus omnino con
uertendas auctoritate apl̃ica et ex certa ſcientia ac de apl̃ice
poteſtatis plenitudine indicimus et imponimus: et impoſi
tas denũciamus / ſimiles decimas pro grauitate expenſarum
poſtq̃ pax et Indutie interdictos Reges Principes et poten
tatus (prout cupimus) et domino cõcedente inbreui face
re ſperamus cõcluſe fuerint: in omnibus aliis prouintiis / Re
gnis / dominiis et locis tam eiſdem Regibus / Principibus:
et potẽtatibus ſubiectis: quã liberis ad hoc ut taȝ ferociſſimo
hoſti et potenti nõ ſolum reſiſti: ſed et ſancta Expeditio cõtra
Crucis xp̃i hoſtes tam diu exoptata fieri poſſit imponere in
tendẽtes / et ut decime impoſite hmõi fideliter cõſeruẽtur / ac
illarum prouentus in hoc ſanctum opus cõtra Turcas xp̃i
Inimicos et non in aliam cauſam conuertantur. Volumus
quod Rectores ſeu deputati Regimini Ciuitatũ Caſtrorum
et locorũ predictorum in ſingulis illorum Vnam Capſam
Tribus Clauibus Vna uidelicet penes Cõmiſſarium a prefa
to Nicolao Ep̃o & Cardinali ut prefertur deputandũ aliis ue
ro duabus penes Duos / Vnum uidelicet eccleſiaſticum / et
alium ſecularẽ probos uiros fide & facultatibus idoneos de
quibus ipſis Rectoribus uidebitur deponendis Claudendã
in qua Decime hmõi integraliter & fideliter reponãtur / nec
inde extrahãtur / niſi i p̃m illam cauſam & non alios uſus / ue
re & effectualiter cõuertende. Circa uero collectioneȝ et exa
ctionem ipſarum Decimarum ac modũ illas cõuertendi &
reponẽdi per Nicolaum Ep̃m & Cardinalem aut Deputa
tos predictos ſub talibus cõditionibus modis & formis pro

Cõpoſita pace inter pricipes in aliis locis imponẽtur decie. Decime nõ cõuertentur in alios uſus.

ordo p̄ cõſeruatione pecuniarum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

uideri curabitur/ut omnes plene intelligere: & aperte uide
re poſſint huiuſmodi decimas in hanc ſanctam Expeditio
nem & non in alios uſus erogari. Ceterum cum mora uel
dilatio preſtationū hmōi decimarū pro tam euidētis pericu
li magnitudine ſit plurimum nociua/ expediatq; ut Xpiana
Religio hoc tam neceſſario preſidio non deſtituatur/ & pre
miſſa metu pene ab omnibus inuiolabiliter obſeruentur.
Cōtradictores inobedientes & rebelles / aut ſcienter defrau
dantes/priuationis eccliarum Monaſteriorum alioꝝq; be
neficiorum eccliaſticoꝝ & Officioꝝ omnium etiam ut pre
fertur qualificatoꝝ ita ut illa ex tunc uacare cenſeantur/& ut
uacantia impetrari & libere conferri poſſint. Et quominus
Decima hmōi perſoluatur & exigatur perſuadere / aut quo
uis modo directe uel indirecte operari preſumentes / cuiuſ
cunq; ſtatus gradus & preeminentie ut prefertur fuerint/etiā
ſi Patriarchali aut alia quauis prefulgeāt dignitate/ excōmu
nicationis ſentētie penas ipo facto incurrere uolumus & de
claramus. ad quarum penarum incurſus declarationem &
alia uſq; ad executionem incluſiue per prefatum Nicolaum
Cardinalem perſe uel aliū ſeu alios tam in Curia quā extra
reſpectiue procedi poſſe decernimus. Statuentēs etiā ut om
nes & ſingule perſone que ob non ſolutionez uel ob defrau
dationē decimarum uel alias quacūq; occaſione premiſſo
In obedientes & fraudentes priuantur beneficiis & excomunicantur
rum excōmunicationis ſentētia innodati fuerint/ ab illa niſi
per Romañ. Pontificem preterquā in mortis articulo & niſi
prius ſatisfacto de eis que tenerētur abſolui nequeant / neq;
abſolutionem ipſam tam in foro Conſcientie quā Conten
tioſo & impetrationibus beneficiorū uel aliis quibuſcunq;
gratiis obtinuiſſe noſcantur / niſi de excōmunicationis ſen
tentia hmōi & ob quam cauſam incurrerint ſpecificam et ex
preſſam fecerint mentionē. Alioquin abſolutio & littere ipe
ac quecunq; cōceſſiones beneficiorū & gratie ſub quacunq;
uerborū forma cōceſſe nullatenus eis ſuffragentur/nulliuſq;
ſint roboris uel momenti. Et inſuper hortamur & monem
mandatur prelatis ut publicent
us omnes & ſingulos Prelatos ſupradictos eorumq; Vica
rios & officiales/ac in uirtute ſancte obedientie & ſub excō
municationis ſententie pena ipſis diſtricte precipiendo mā
damus quatenus quilibet ipſorum inſolidum quāprimum

preſentes noſtre littere/ſeu earum Tranſumpta manu alicu
mādatur prelatis ut publicen
ius Notarii publici/ & ſigillo alicuius eorū aut Nicolai Epi
et Cardinalis ſeu deputatorum predictorum munita preſen
tate ſeu preſentata fuerint ipas litteras ac omnia & ſingula in
eis cōtenta in ſuis et aliis eccliis ſeu locis ſuarum prouintia
rum Ciuitatum & dioc. dominicis & feſtiuis diebus quan
do& qnotiens oportunum fuerit ſolemniter publicent & ex
ponant/& per eos/quos ad hoc duxerint deputādos publica
ri & exponi faciant. Non obſtantibus Conſtitutionibus &
ordinationibus apoſtolicis/ ac eccliarum Monaſteriorum
ordinum Militiarum Congregationum & officiorum pre
dictorum iuramento confirmatione apoſtolica uel quauis
firmitate alia roboratis ſtatutis & cōſuetudinibus ſtabilimē
tis uſibus & naturis ac priuilegiis & indultis apoſtolicis eis
forſan ſub quibuſuis uerborū formis / clauſulis etiam dero
gatoriarū derogatoriis efficatioribus & inſolitis conceſſis/
quibus etiam ſi de eis eorunq; tenoribus pro illorum ſuffici
enti derogatione ſpecialis ſpecifica & expreſſa mentio habē
da foret/& in illis caueretur expreſſe/ quod illis nunq̄ cenſe
retur derogatum nec derogari poſſet/niſi ſub certis inibi ex
preſſis modo & forma ac uerborum expreſſione/ uel nul
lo modo / tenores eorum ac ſi de uerbo ad uerbum inſe
rerentur preſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis
habentes illis alias in ſuo robore / permanſuris / hac uice
dūtaxat ſpecialiter & expreſſe omnino derogamus/& dero
gatum eſſe uolumus/ ceteriſq; cōtrariis quibuſcūq; Aut ſi eiſ
dem Archiepis Epis Electis Abbatibus Abbatiſſis Prioribus
Prioriſſis: Adminiſtratoribus: Cōendatariis: Capitulis: Con
uentibus: Ordinibus: Militiis: Officialibus & perſonis uel
qbuſuis aliis cōmuniter uel diuiſim ab eadem ſit ſede indul
tum quod ad ſolutionem alicuius decime minime tenean
tur/& ad id cōpelli/aut quod interdici ſuſpendi uel excōmu
nicari aut propterea priuari non poſſint per litteras aplicas
non facientes plenam & expreſſam ac de uerbo ad uerbum
de indulto hmōi mentionem & quibuſlibet aliis priuilegiis
indulgētiis & litteris aplicis generalibus uel ſpecialibus qu
orūcunq; tenorum exiſtant/ per que preſentibus/ non

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

expreſſa/uel totaliter nõ inſerta effectus earum impediri ualeat/quomodolibet uel differri / & de quibus quorũq; totis tenoribus de uerboad uerbum habenda ſit in noſtris litteris mẽtio ſpecialis. Verum quia difficile foret / preſentes litteras ad ſingula loca in quibus expediens eſſet deferre /etiam uolumus/& auctoritate apoſtolica decernimus : ꝙ earũdeꝫ litterarum Tranſumptis/manu alicuius Notarii publici inde Rogatis ſubſcriptis/& Sigillo alicuius Prelati/eccleſiaſtici ſeu Nicolai Epi & Cardinalis ꝑdicti munitis ea prorſus fides indubia in iuditio & extra illud ac alias ubilibet in omnibus & ꝑ omnia adhibeatur/que preſentibus adhiberetur/ ſi eſſent exhibite uel oſtenſe. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtre indictionis impoſitionis denunciationis uoluntatis/declarationis ſtatuti hortationis monitionis mandati/ derogationis & decreti infringere uel ei auſu temerario contraire . Si quis autem hoc attẽptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Milleſimo quingenteſimo Vigeſimo tertio.

Fides adhibẽda tráſumptis.

Quinto Id Martii
Pontificatus noſtri Anno
Primo.

T. Hezius.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES